



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

39. Quomodo idem D. Lindanus adhuc puer à parentib. suis fraternitati S. Huperti asscriptus, à rabido cane ipsum puerum prætercurrente, miraculosè intactus permanserit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

priuium. Certè cùm frater meus germanus, Hadrianus Lindanus prætor Hagen. in cunio laboraret ex pede sinistro, ac mater vereretur, ne quid incommodi, aut aliquid claudicationis contraheret, mox à chirurgi periculo admonita, votum Deo obtulit, rogans vt intermissione diui Machuti, qui in Ecclesia Tractensi ad Rhenum solet talibus in periculo ad auxilium & comprecationem implorari, per malo liberaretur, iuit, vota obtulit, rediit, filium reuersa domum sanatum reperit, ac nos latissimo fuisse perfusos eius redeuntis gaudio commemini.

D. V. Wilhelmus Lindanus ibidem. Quomodo ipse D. Lindanus adhuc puer à parentibus suis fraternitati S. Huperti asscriptus, a rabido cane ipsum puerum prætercurrente, miraculose intactus permanserit.

CAP. XXXIX.

VNum illud ingrata obliuioni tradere mihi foret religio, quod ex religione meorum parentum pietate mihi pater ex singulari beati Huperti patrocinio & certo præsidio accidisse vicini nostri meminerunt non pauci. Rabidum agitabant canem ciues Dordraceni, qui per compita obuios suo venenato morsu momorderat. Ille periequirum plagas, lapides, & clauas fugiens ad desperationes transcurrebat. Quotquot illum accersantem, turbamque insequentem videbant, aufugerunt. Ego platea publica meis cum

alibus ludens, periculi ignarus perstiri,
 ariliter admirans tantam hominum tur-
 am accurrere armatam, acclamât, discedam
 via. Verum priusquàm ego me subtrahere
 pui, ille ore rabido frendens, capite in ter-
 pendulo, flammantibus instar lampadum
 ciliis, exerta lingua spumans, caput agitans,
 me innoxius transijt, tota spectantium
 turba obstupescente, quod me obuium, &
 vicinum intactum prætercurreret: cum a-
 liquot occurrentibus suū virus venenato
 rosu infudisset.

Domum reuersus audini parentes Deo gra-
 tias immortales agentes, quod me D. Huperti
 tutela & precibus malo tam præsentem eripuif-
 sent. Nam ob similia pericula euitanda, quæ
 tum temporis non erant infrequentia, licet
 nunc Deus similia euenire certo suo consilio
 non patitur, curarat pia mater nos, totamque
 nostram familiam fraternitati B. Huperti in-
 scribendos. Vnde quotannis cum sacræ ac ve-
 nerandæ illius reliquæ illuc de more adfere-
 bantur, solet oblationem facere, atque imagi-
 nem eius depictam contactus S. reliquiarum
 sanctificatam, honesto loco per ædes colere:
 quæ res improbis quorundam, rebus sacris su-
 um ad quæstum irreligiosè abutentium mori-
 bus, ut & D. Antonij, D. Cornelij, D. Hermen-
 tis, D. Quirini, & aliorum sanctorum nunc a-
 bijs in dissuetudinem, cuius tamen ut origo
 sanctissimum habet institutum: ita & effectus

varijs exemplis posset demonstrari, plurimis
fuisse saluberrimus.

*Gregorius Turonen. de gloria Confessorum cap.
81. De admirabili pœna violantis festum S.
Mariani.*

C A P. X L.

Fuit Marianus quidam Eremita, cui non
erat alter cibus, nisi poma agrestia: & si el
aliquoties à quibusdam mel delatum fo
isset, aut si ipse reperire potuisset in syluis,
hoc ei erat cibus; qui cum plerunque visitaretur
à plurimis, quodam tempore à quærenti-
bus non poterat inueniri: inuestigantes deni-
que eum viri, qui venerant deprehenso vesti-
gio inuenerunt locum, in quo flexo genu aqua
hausit à fluuio: & ex inde progressi repererunt
eum sub vna arbore malo iacentem mortuum
vnde celebre ferebatur in populo, cum eli-
sum ex arbore spiritum exhalasse: sed euiden-
ter non est cognitum, quoniam à nullo refer-
tur visum: tunc viri qui aduenerant eleuan-
tes, attulerunt ad vicum Euanuensem: eum
ablutum, dignisq; indutum vestibus, sepe-
erunt in Ecclesia. Festa obitus per singulos ce-
lebrantes annos, atque conuenientes populi
crebro ab infirmitatibus sanabantur. Quidam
autem de vicinis annonas diu infectas aqua ac
germine producto conflatas, facto igne super
vimina contexta torrere parat ad pocula faci-
enda. Accedens autem vnus vicinorum, ait
Quid tu ô homo hoc detineris in opere? An-
gus